Aliter quod intelligitur secundum precedentem. In brevi i. subito dum non speratur. Et sic tunc
de ira severitatis quod misericordie intelligitur. Quia Malo servo veniet dominus eius in die et
hora qua non sperat ~~Luce 21~~ Matt 24. Dividens illum et in hypocritis ponens. Bonis
sic venit in flagellis et non cognoscunt. Sic supra ait Congregata sunt super me
flagella et ignoravi (i. non sensi et sic neglexi et ingratus me putavi.)

Ad singularem notandum quod regula et multa dicuntur de deo in Scriptura que ipse in
non facit. Sed quia facit ea alios facere. Ideo Scriptura redacens insigniter omnia in deum
et docens gratiarum actionem. Et omnia flumina revertuntur in mare unde fluunt. attribuit
ei quod faciunt creature. Ut illud. Tunc loquetur ad eos in ira sua: (i. loqui facit
Christum et alios sanctos in ira sua. quia et ira sanctorum vindicta. quia faciunt creature
sicut deus. Non quod ira sit in sua, que in ipso sit. Sed quia creatura in qua est ira. est
eius. Et ipsis iustis et impiis affligit impios. Ipse autem in se manens quietissimus
et tranquillus. Imo simul bonis et non turbatus. Nam tamen in bonis deus
ut quicquid ipse immediate agit. non sit nisi summum gaudium et delectatio et non
affligit sed magis reficit. Sed in impiis ipse se subtrahens et in summa manens
bonitate. applicat creaturas: quarum una alteram affligit. Sic sit in igne
ligna comburit. Corol. Non deus proprie affligit approximando. Sed recedendo
et in creaturas relinquendo. Eodem modo et illud intelligitur. Et in furo-
re suo conturbabit eos. i. furor qui erit in Christo, sanctis, igne inferni et omni
creatura. est eius et facit illum conturbare eos. Sic et illud. Irridebit eos
et subsannabit eos. (i. faciet eos subsannare et subsannari. Et hunc est apud
hebreos frequens loquendi per verbum transitivum [illegible]. Ad hoc et hoc
Exsurge deus (i. fac me vel nos exurgere. vel ostende te tuosque exurgentes
coram his qui te putant dormire et quiescere. Nam ira exercenda
est in operando. Sic dicit Isaias. Omnia opera nostra tu operatus es domine. Et David.
Nunc cepi. hec mutatio dextere excelsi. Sic itaque significantissima est
Scriptura. quod et nos et cetera. quod nos monet, humilitatem (quia ex nobis nihil sumus)
gratitudinis et confessionem (quia deo attribuere debemus. Et timere sancti spiritus (quia proprie est
et proprius deus